



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Testamentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

ac ad vitam juris, etiam per similes censuras, & poenas cogi & compelli posse & debeat. Districtiūs inhibentes quibusvis Camera p̄fata spoliorum collectoribus nunc, & pro tempore existentibus sub indignationis nostra, & privationis eorum officiorum pena, ne in ornamentis & paramentis, ac vasib⁹ & libris p̄fato cultui divino dicatis, ac alias in rebus sacris, nec non supellectilib⁹ p̄fatis quomodolibet se intromittant, nec in eorum inventariis tanquam spolia redigant, seu describant, sed ornamenta & paramenta, nec non vas & libros, aliaque divino cultui dicata hujusmodi Ecclesie & monasteriis, capellis, & alijs beneficiis hujusmodi, eorumque rectoribus, & alijs p̄fatis liberè admittant & consignent, ac consignari faciant cum effectu, ac supētilia p̄dicta in locis, ubi constiterint, relinquant, ac decernentes sic in premisiis omnibus & singulis per quoscunque judices, & Commissarios quāvia auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super ijs à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectū sibi curia causarum Camera Apostolice generali auditori, & singulis locorum ordinarijs, ac maiorem dignitatem pontificalem in universis Ecclesiis cathedralibus & Metropolitanis pro tempore obtinentibus per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum præsentes literas, & in eis contenta, quæcunque ubi, & quando opus fuerit, quoties pro parte quorumcunq; in premisu inter-

esse habentium, ut presertur, fuerint requisiiti, solenniter publicantes, eisq; in premisiis efficacis detentionis p̄fatio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta quecumque firmiter observari, ac singulos, quos litera ipse concernunt, illis pacificè gaudere, non permittentes eos desuper quomodolibet indebetē molestari contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus, &c.

## TESTAMENTUM.

**P**rimò, testamentum factum coram parocho, & duobus testibus valet, nec obstat consuetudo, vel leges humanæ contra illum textum, ibi in c. cùm esses, de testam.

Secundò, si fiat testamentum sine his solemnitatibus, non valet, non obstante aliqua consuetudine in contrarium, Gom. in c. 1. nu. 98. limit. 8. ver. mibi tamen.

Tertiò, Cov. dicit hoc valere inter Ecclesiæ solū, in d. c. cùm esses, nu. 4. & infra.

Quartò, legatum verum ad pias causas, valet factum coram duobus testibus, etiam sine præsentia parochi, ita in c. relatum, il. 1. de testam. & isti possunt esse etiam foeminae, Cov. ibi. num. 5. Gom. q. 9. de infir. resig.

Quintò, si quis facit primò testamentum validum, & postea secundum invalidum, videtur recedere à primo, Gom. in c. 1. num. 125. & infra de conf. lib. 6.

TE-

